

Stanislaus De Kazanow Succamerarius Lublinensis Judex, & Ra-
 phael de Sotochoru Sub Judex Terra Pandominensis generales.
 Significamus tenore presentium quibus expediret, Universis & Sin-
 gulis presentibus et futuris presentium Notitiam habere
 Quomodo Constituti personaliter Jamati Jacobus Kozak, Ro-
 consul, Stanislaus Gajek, Joannes Wierzbicki, Albertus Gorajski,
 Henricus, Stephanus, Marus, Consules, Nomine proprio et totius
 Civitatis Pandominensis offerebant se Contra Magnificum Stani-
 slaum De Mielicz Castellatum Lanichostensem satisfacturos
 Decreto Majestatis Regie in Causa Thelonei Castellanie La-
 nichostensis, quod quidem Decretum sequitur in hec Verba—
 Sigismundus Dⁿⁱ Gratia Rex Polonie Magnus Dux
 Lithvanie Ruspie Prussieq^{ue} ecc Dominus et Hucus— Si-
 gnificamus tenore presentium Universis, Quia cum essent
 quæsti Cram Nobis Cives Nostri Pandominenses De Genero-
 so Castellano Mielicki Castellano Lanichostensi quæ ab
 illis Theloneum in Oppido Lanichost ratione Castellanie sue
 Lanichostensis exigeret Contra antiquam Consuetudinem
 ac Jura et libertates eorum ipsis per Antecessores No-
 stros Concessas ex adverso prefato Castellano Lanichosten-
 si soluisse. Nos revisis et examinatis Juribus et libertati-
 bus eorundem Curam Pandominensium cram Nobis ex-
 hibitis, licet ex illis Conspertum habeamus, ipsos Cives
 Pandominenses esse exemptos ab Omnibus Theloneis in
 Regno Nostro ubiq^{ue} Solvendis, tamen quia prefatus Ca-
 stellanus Lanichostensis ut præmissum est, asseribat præ-
 dictos Cives Pandominenses Theloneum Lanichostense An-
 tecessoribus suis semper antehac soluisse et se id legitime
 probare velle offeribat. Pro Nos cum Consiliariis Nostris
 Matura Super hoc Deliberatione præhabita, Decrevimus
 Decernimus presentibus, Quod videlicet Stanislaus Castel-
 lanus Lanichostensis stare debeat hujusmodi probationi
 quam facturum se obtulit, hinc ad Festum Sancti Mi-
 chaelis proxime Venturum, si Vero inter id tempus

id tempus id non fecerint, et nos predecessores Castellanos
Laurichostenses ipsum Theloneum Laurichostense a Civibus
prefatis Pandominensibus exegisse & percipisse legitime non
probaverint, ex tunc Pro Consul cum Consulibus Pandominen-
ses in Terminis Terrestribus Pandominensibus in proxi-
mis Celebrandis suam propositionem p^ro iuramento Corporali
confirmare debebunt. Quod videlicet antehac ipsi et alij com-
cives Theloneum Laurichostense Castellanis Laurichostensibus
non solvebant, Et cum id fecerint, erunt ab ejus solutio-
ne liberi perpetuo hoc Decreto Nostro Mediente. Harum
quibus Sigillum Nostrium est impressum testimonio. litera-
rum. Datum Pandominis Die Sancti Augustini Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Nono Regni
Nostri Duodecimo. Petrus Episcopus et Vice Cancellarius
Regni. Relatio Reverendi in Christo Patris Domi-
ni Petri Episcopi Przemislensis et Regni Polonie Vice-
Cancellarii. Postquam quidam Decreti Majestatis Regie
indicationem, Prefati Pro Consul et Consules Civitatis Pando-
minensis offerebant se iuramentum Corporale prestam-
dum iuxta Decretum ut premissum est Majestatis
Regie, quod in instanti pertulerunt in hac Verba.
Quod antehac ipsi et alij eorum Cives Theloneum Lau-
richostense Castellanis Laurichostensibus non solvebant
super quod Jus Corporale posuerunt, quod iudicium ex-
cepit, Harum quibus in testimonium literarum Sigilla
Nostra presentibus sunt subappensa. Datum ex Actis
Terrestribus Pandominensibus Feria Tertia infra Octavas
Corporis Christi Anno Domini Millesimo Quingente-
simo Vigesimo. Presentibus hiis Nobilibus Joanne Vie-
rbicki de Magna Turke, Joanne Dixericki de Di-
mitrow Camerario, Paulo Lipnicki de Thuthowice, Stani-
slao Choczimowski, de Choczimowice, Nicolao de Obeczna, et ali-
is quam plurimis Circa premissa testibus fide dignis.